Universitätsbibliothek Paderborn

In Divvm Hiob Brevissima, Iohannis Bvgenhagij Pomerani Scholia, quibus ueteris tralationis nubila dispelluntur

Bugenhagen, Johannes

Argentorati

VD16 B 9326

Capvt XIX. Respondens aut[em] Hiob dixit, Vsque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36500

Visual Library

Ita rurſus indigentia panis attenuatur. Cutis eius,ſ. arefacta. Primogenita mors) Primogenitā mortē,ſubitaneam mortē exponūt, ego aūt peſſimā intelligo. Qualis fuit mors illa primogenitorū in Aegypto. Nō .n. eſt mala mors ſubitanea ſi ueniat pijs. Brachiū) fortitudinē. Auellatur fiducia) pereat, nō habeat fiduciā. Et interitus.i.mors. Calcet, conculcet. Quaſi rex id eſt, triumphator. Qui nō eſt.i.defuncti. Sic Hiere. ca.31. Noluit conſolari Rachel, qa nō ſunt. id eſt, mortui ſunt. Habitēt in taber. ſocij.i.nō relinquet hæredes filios. Aſpergatur ſulphur.i.pereāt omnia eius ut Sodoma. Deorſum, infra in terra, id eſt, nō maneat germen eius, non exurgat progenies eius. Meßis, fructus, id eſt, tota arbor eius pereat. Memoria illius pereat idem eſt cum ſuperioribus. In plateis, id eſt, in uulgo. Expellet,ſ.deus. De luce) gloria. In tenebras, ignominiā, uel tenebras æternas. Et de urbe, id eſt, habitatiōe hominum. Neq; ullæ reliquiæ,ſ. erunt ex eo. In die eius.i.quādo ueniet retributio eius, ut retribuat ei deus. Sicut dies domini dicitur dies iudicij. Nouißimi, id eſt, minores de populo. Primos, primates. Hoc eſt, ſtupebūt de horrēda uindicta in impiū. Hæc ſunt tab. ini qui.i.ſic fiet tabernaculis impiorum. Iſte locus,ſ.eſt.

Priogenita mors.

CAPVT XIX.

Reſpondens aūt Hiob dixit, Vſque.

decies

Decies, id eſt, ſupra modum & ſæpe. Me, ſ. amicum. Etſi ignoraui, ſ. ſicut dicitis. Mecum erit) manebit apud me. Eſto ignorẽ, ut dicitis, tamẽ uos impie agitis contra me, et hoc ipſum ignoratis. Saltem nũc, etſi non antea. Quia deus non æquo) Non æquo ſecundum iudicium ueſtrũ, quia iudicatis hoc infligi ob iniquitatem meam. Ecce clamabo uim patiens) hoc ſcilicet eſt ne dei? quãdoquidem & uos dicitis q̃ deus exaudiet tribulatos & clamantes ad ſe. Qui iudicet ſ. cauſam meam. Circunſepſit, ſ. deus. Et in calle) Hæc omnia ſunt impedimenta uiarũ. Tenebras poſuit, ſ. ut ignorem quo uadam. Coronã, id eſt, gloriã. In threnis. 5. Cecidit corona capitis noſtri. Euulſæ arbori, ſ. aufertur ſpecies. Eius, ſ. dei, Qui ſint illi latrones lege cap. 1 & 2. Et fecerunt ſibi uiam per me, me oppreſſerunt, habuerunt me ſub pedibus. In gyro, id eſt, in circuitu, hoc eſt, nullibi patebat mihi locus euadendi. Fratres) amicos. Quaſi alieni receſſerunt à me, id eſt, mente alienati ſunt à me. Sicut alienũ habuerunt me, id eſt, non agnouerunt me dominum ſuũ, id eſt, derelictus ſum ab omnibus creaturis. Deprecabar illum) ſuper quem antea ius habebam imperandi. Deſpiciebãt me ſtulti. i. ſtultis quoq; factus ſum fabula. Conſiliarij, id eſt, amiciſſimi. Adhæſit os meũ, ſicut fit fame pereuntibus. Sic in Pſal. 101. Adhæſit os meum carni meæ. Et derelicta ſunt tantummodo labia, id eſt,

bia,id eſt,adhuc habeo quæ loquar,quum reliqua fortitudo perierit. Saltem uos amici mei) etſi non alij,ſ. ut non pugnetis contra me. Carnibus meis ſaturamini,id eſt,plagis meis quas ſuſtineo in carne,delectamini.In Pſal. Inimici appropinquant mihi ut edant carnes meas. Vt ſcribantur,id eſt,utinam ſcriberentur. Vult ut poſteritas etiam iudicet de eo. Stilo ferreo) quo duraret ſcriptura.Tūc ſcribebant in buxo,ut eſt in Eſaia,uel alia re dura. Vel lamina,id eſt, in lamina. Celte,illo inſtrumento. Scio quod redemptor meus uidit) Reſurrectiōem carnis ſanctiſsime confitetur. Ego ipſe,ego ipſe Hiob et in ipſa carne uidebo. Pſal. 26.

In ſinu meo, id eſt, hanc ſpem habeo in corde meo.

Quare ergo nunc dicitis) quum ſim tanta ſpe erga deum.Radicem,id eſt,occaſionem. Gladij,ſ.dei.

CAPVT XX.

Reſpondens aūt Sophar Naamat.

Iccirco cogitationes ſuccedunt,id eſt, apud me cogitatio alia aliam trahit.Et mens in diuerſa rapitur, id eſt,diuerſa cogito.Idem ſenſus. Et ſpiritus intelligētiæ reſpōdebit mihi,id eſt,loquar id quod intelligo.

Laus,id eſt,gloria. Et gaudium,id eſt,gloria qua gaudent apud ſe. Ad inſtar puncti,ſ.ſit ad inſtar momenti. Si aſcenderit uſq; ad cœlū,ſ.hypocrita,id eſt, ſi etiam nimiæ ſanctitatis homo reputatus fuerit. Et

caput

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN